



~~EX BIBLIOTH.~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-15.

SIGNAT. c1515 CCCXIII.

Differet. theor. Vol. 35

einzeln verzeichnet 4. III. 1915



בשׁת :  
DECAS  
THESIUM PHILOLOGICARUM  
E GENESI MOSAICA  
SELECTA.

20

21.

*Quam,*  
*D. O. M. A.*

In Inclutâ Leucoreâ,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*EXCELLENTISSIMI ATQVE AMPLISSIMI*

**Dn. ANDREÆ SENNERTI,**

Lingvæ Sanctæ cæterarumque orientalium

Professoris Publici longè celeberrimi,

*Domini Præceptoris, Patroni atq; Promotoris*  
*eternūm venerandi,*

Publicæ sententiarum collationi

sistit

**M. NICOLAUS POLEMANNUS**

Luneburgensis

*Ad d. 6. Octobr. in Aud. majori b. m.*



WITTEBERGÆ,  
Typis MICHAELIS Wendt/  
ANNO cIc Ic LXVI.

בג'ה:

THESIS I.

**G**en. I, 1. Nomen Dei אלהָ nec descendit à Rad. אלהָ juravit execratus est, quæ nonnullorum est persuasio; nec ex אלהָ juxta Abarbenelein & Marcum Maribuni: sed radix ejus restitui potest ex cognatâ lingvâ Arabicâ, ubi אלהָ significat coluit, veneratus est, & pro ratione objecti: adoravit. Conf. Höttingerus in Ἑζανουέω.

II.

Ibid. Nomen plurale אלהָ non modò ratione terminatio-  
nis, sed & ratione significationis plurale est, atque cum verbo  
singulari ברא constructum, importat ex genio lingvæ μερισμὸν  
five distributionem; hoc sensu: Unaquælibet persona divina creavit.  
Conf. B. Jac. Martini de tribus Elohim l. 1 ap. 1. ad 68. B. Meisnerus  
in Philos. Sobr. P. II. p. 287. f. Feurbornius in Anti-Enjed. ad h. l.  
B. Gerhardus ad h. l & in Exeg. LL. art. 3. Dn. D. Calovius disþ. de  
plur. pers. & Syſt. tom. III. p. 41. f. & præprimis celeberrimi Philo-  
theologi Exc. noster Sennertus Diatr. peculiari de nomine אלהָ  
& D. Mich. Havemaannus Theogn. antiquiss. c. 2.

III.

Gen. II, 2. וַיְכֹל ex more lingvæ rectissimè per plusquamper-  
fectum exponitur, ut frustra se torserint LXX. vertentes εὐτὴν οὐέρα  
τὴν ἔκτην, quomodo & Samaritanus habet בSSH; indeque textum  
Ebræum corruptum esse malè concludit Lud. Cappellus Crit. S. l. 3.  
c. 20. quem refellit Buxtorfius F. in Anticrit. p. 539. Conf. & B. Wal-  
therus Harm. Glassius Phil. S. l. 3. p. 642. Mercerus in h. l. Sixt-  
Amama Antib. Bibl. p. 191. f.

IV. Gen.

## IV.

*Gen. III, 4. Verba: לא מות תמתון rectè reddidit B. Lutherus: Ihr werdet mit nichts des Todes sterben. Nam ut Infinitivus cum suo verbo fortius affirmat, ita additâ negatione vehementius negat, ut ostendunt Cl. Buxtorfius *Thef. Gramm.* l. 2. c. 16. reg. 2. Glassius l. 3. tr. 3. P. S. can. 37. Exc. Sennertus *Gramm. Univ.* l. 2. c. 3. Dilherrus *Ecl. N. T.* p. 399. Malè ergò Piscator, Junii hīc ut & alias simius, dubitative: Es ist nicht gewiss daß ihr sterben werdet.*

## V.

*Ibid. v. 24. Nominis כרוביּה origo nec cum Marsenno pertenda ex נכָר scivit & כָּבֵד multus, ut notetur multitudo scientiae eorum, quo sensu exposuerunt Philo, Hieronymus & Lombardus: nec ex רב & particula כְּ quasi כרבי sicut Rabbi, ex mente Cornelii à Lapide, nec ex utriusque mixturā secundum Morinum de Ord. Eccles. p. 493. nec ex רבִיא Chald. puer & כ juxta Talmudistas Chagigaf. 13. 2. Fagium, Drusum & Mayerum Phil. S. P. I. p. 303. Sunt & qui existimant restituendam esse ex Arabico כרב pressit, anxit, mōrōre affecit; quæ quidem vocis notatio hīc locum habere posset, secus alibi. Nobis cum Förstero, Avenario, Schindlero & Buxtorfio in Lexicis primitivum potius est. Adde & confer B. Gerh. disp. Isag. 12. p. 495.*

## VI.

*Gen. IV, 1. את יהוֹרָה per accusativum cum B. Luthero redendum h. m. Ich habe den Mann den Herrn. Contra Junium, Calvinum, Mercerum, Drusum, Piscatorem, Rivetum, Sixtinum Amama, Grotium & alios. Conf. Brentius, Lyserus, Gesnerus, Rungius, Gerhardus in comment. Helcicus in desiderio Evæ Dn. D. Calovius ann. AntiGrot. ad h. l.*

## VII. Gen

VII.

Gen. XVII, 1 Nomen Dei שֶׁרֶשׁ quod B. Lutherus, Rungius aliique  
à שֶׁרֶשׁ mamma; Cl. Buxtorf. F. Diff. p. 276. à שֶׁרֶשׁ effudit: nos hac  
vice cum Talmudicis Chagiga f. 12. 1. Maimonide, Raschio, Avena-  
rio, Buxtorfio P. & aliis deducimus ex שֶׁרֶשׁ & ut שֶׁרֶשׁ adeò vocetur  
Deus à summâ suâ potentia vel potius omnipotentiâ. Unde etiam  
plerique Interpretes reddidere Deum præpotentem, omnipoten-  
tem, Græc. παντοχέτης sive ικανός, Germ. allmächtig.

VIII.

Gen. XXX, 14. Vox מְדִינָה non est per mandragoras exponenda  
cum LXX, Vulgato, & Fullero. Conf. dissertationes de hac voce  
Drusij & Chr. Ravii.

IX.

Gen. XXXI, 19. Labani תַּרְפִּיָּה minùs commodè ab Hottingero  
Smegm. Orient. l. 1. c. 5. ad Ægyptiorum Serapidas, & ab eodem atque  
Joh. Gaffarello Gallo, in libro suo, quem inscripsit Curiosites innoyes  
h. e. Curiositates inaudite, c. 3. ad Tilsemas (v. Joh. Seldenus Synt. 1.  
de Dis Syris.) conferuntur.

X.

Gen. XLIX, 10. Nomen שֵׁילָה non est positum pro שֵׁלָה Cui,  
juxta Caninum ad obse. loca N. T. p. 34. nec pro שֵׁלָה missus juxta  
Vulgatum, Huntlaum, & Grotium; nec est ex שֵׁי munus & לְזָן ipsi  
juxta Raschium & Morinum Diatrib. Elencht. p. 269. sed videtur  
esse nomen formæ à שֵׁילָה קִיטָּר tranquillus fuit ut שֵׁילָה sic  
tranquillator, juxta Vatablum, Joh. Ferum, Mercerum, Flacium,  
quo & dubio procul, vertens der Heid respexit B. Lutherus.

Conf. Dn. D. Calovius Ann. AntiGrot. ad. h. l.



Aug VI 15

ULB Halle  
003 865 746

3



Sb.

Rutho

TD 17

KD 18

E



# Farbkarte #13

Centimetres	8	7	6	5	4	3	2	1
Inches	3.17	2.76	2.36	1.96	1.57	1.18	.79	.39
B.I.G.								
Black								
3/Color								
White								
Magenta								
Red								
Yellow								
Green								
Cyan								
Blue								

20

21.

CLASS  
ICOLOGICARUM  
MOSAICA  
CTA.  
*am,*  
*M. A.*  
*Leucoreâ,*  
*ÆSIDIO*  
*R I*  
*ATQVE AMPLISSIMI*  
*S SENNERTI,*  
*arumque orientalium*  
*longè celeberrimi,*  
*atroniatq; Promotoris*  
*venerandi,*  
*iarum collationi*  
*fit*  
*POLEMANNUS*  
*urgensis*  
*Aud. majori b. m.*  
  
*BERGÆ,*  
*AELIS Wendt/*  
*Ioc LXVI.*